

ARTICULUS III.

Utrum ratione virginitatis debeatur aureola.

1. **A**d tertium sic proceditur. Videtur quod ratione virginitatis non debeatur aureola. Ubi enim est major difficultas in opere, ibi debetur majus primum. Sed majorem difficultatem patiuntur in abstinendo a delectabilibus carnis viduæ, quam virgines: dicit enim Hieronym. epist. ad Ageruchiam, quod quanto major est difficultas ex parte quadam a voluptatis illecebris abstinere, tanto majus est primum: & loquitur in commendationem viduarum. Philosophus etiam in Libro de animalibus, Lib. VII. de hist. animal. c. VIII. quod juvenes corruptæ magis appetunt coitum propter remotionem delectationis. Ergo aureola, quæ est maximum primum, debetur magis viduis quam virginibus.

2. **P**ræterea. Si virginitati deberetur aureola, ubi esset perfectissima virginitas, maxime inveniretur aureola. Sed in beata Virgine est perfectissima virginitas: unde & Virgo virginum nominatur; & tamen ei non debetur aureola, quia nullam pugnam sustinuit in continendo, cum corruptione fomitis non fuerit infestata. Ergo virginitati aureola non debetur.

3. **P**ræterea. Ei quod non est secundum omne tempus laudabile, non debetur primum excellens. Sed virginitatem servare non fuisset laudabile in statu innocentie, cum tunc esset homini præceptum: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram*, Gen. 1. 28. nec etiam tempore legis, quando steriles erant maledictæ. Ergo virginitati aureola non debetur.

4. **P**ræterea. Non debetur idem primum virginitati servatæ, & virginitati amissæ. Sed pro virginitate amissa quandoque debetur aureola, utpote si aliqua invita prostituatur a tyranno, quia Christum profiteretur. Ergo virginitati aureola non debetur.

5. **P**ræterea. Excellens primum non debetur ei quod inest nobis a natura. Sed virginitas innascitur cuilibet homini & bono, & malo. Ergo virginitati aureola non debetur.

6. **P**ræterea. Sicut se habet viduitas ad fructum sexagenarium, ita virginitas ad fructum centessimum & aureolam. Sed non cuilibet viduæ debetur fructus sexagenarius, sed solum viduitatem voventi, ut quidam dicunt. Ergo videtur quod nec cuilibet virginitati aureola debeatur, sed solum virginitati ex voto servatæ.

7. **P**ræterea. Primum non respondet necessitati, cum omne meritum in voluntate consistat. Sed quidam sunt virgines ex necessitate, ut naturaliter frigidi, & eunuchi. Ergo virginitati non semper debetur aureola.

Sed contra est quod habetur Exod. xxv. 25. *Facies alteram coronam aureolam*: Glossa Bedæ: „Ad coronam pertinet canticum novum quod virgines coram agno concinunt, scilicet qui sequuntur agnum quomodo, cumque ierit.“ Ergo primum quod virginitati debetur, dicitur aureola.

**P**ræterea. Isaia vi. 4. dicitur: *Hæc dicit Dominus eunuchis*: & sequitur: *Dabo eis nomen melius a filiis, & filibus*: Glossa, Augustini. „Propriam gloriam, excellentemque signat.“ Sed per eunuchos qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum, virgines designantur. Ergo virginitati debetur aliquid excellens primum, & hæc vocatur aureola.

(1) Al. deest Ergo.

QUÆSTIUNCULA II.

1. **U**terius. Videtur quod martyribus aureola non debeatur. Aureola enim est primum quod operibus supererogationis redditur: unde dicit Beda Lib. I. de tabernac. cap. vi. super illud Exod. xxv. *Aliam coronam aureolam &c.* „De eorum primum potest recte intelligi qui generalia mandata spontanea vite perfectioris electione transcendunt.“ Sed mori pro confessione fidei quandoque est necessitatis, non supererogationis, ut patet ex hoc quod dicitur Rom. x. 10. *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem*. Ergo martyrio non semper debetur aureola.

2. **P**ræterea. Secundum Gregorium, Lib. II. Epist. indict. x. epist. xxxvi. servitia tanto magis sunt grata, quanto magis sunt libera. Sed martyrium minimum habet de libertate, cum sit pœna ab alio violenter inflicta. Ergo martyrio aureola non debetur, quæ respondet merito excellenti.

3. **P**ræterea. Martyrium non solum consistit in exteriori passione mortis, sed etiam in interiori voluntate: unde Bernardus in sermone SS. Innoc. distinguit tria genera Martyrum: voluntate, non nece, ut Joannes; voluntate, & nece, ut Stephanus; nece, non voluntate, ut Innocentes. Si ergo martyrio aureola deberetur, magis deberetur martyrio voluntatis quam exteriori martyrio, cum meritum ex voluntate procedat. Hoc autem non ponitur. Ergo martyrio aureola non debetur.

4. **P**ræterea. Afflictio corporis est minor quam afflictio mentis, quæ est per interiores dolores, & interiores animæ passionis. Sed interior etiam afflictio quoddam martyrium est: unde dicit Hieronymus, alius Auctor, in sermone de assumptione: *Recte dixerim, Dei genitrix virgo, & martyr fuit, quamvis in pace vitam finiverit*: unde etiam ipsius animam pertransivit gladius, scilicet dolor de morte filii. Cum ergo interiori dolori aureola non respondeat, nec exteriori respondere debet.

5. **P**ræterea. Ipsa pœnitentia quoddam martyrium est: unde dicit Gregorius, homil. xxxi. in Evang. *Quamvis occasio persecucionis desit, habet tamen & pax nostra martyrium suum: quia etsi carnis colla ferro non subijcimus, spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus*. Pœnæ autem quæ in exterioribus operibus consistit, aureola non debetur. (1) Ergo nec etiam omni exteriori martyrio.

6. **P**ræterea. Illicito operi non debetur aureola. Sed illicitum est sibi ipsi manus injicere, ut patet per Augustinum in Lib. de Civ. Dei, I. cap. xx. & xxi. & tamen quorundam martyria in Ecclesia celebrata sunt, qui sibi manus injecerunt, tyrannorum rabiem fugientes, ut patet in ecclesiastica historia, Sophronii Lib. VIII. c. xii. de quibusdam mulieribus apud Alexandriam. Ergo non semper martyrio debetur aureola.

7. **P**ræterea. Contingit aliquando aliquem pro fide vulnerari, & etiam aliquo tempore supervivere. Hunc constat Martyrem esse; & tamen ei, ut videtur, aureola non debetur, quia ejus pugna non duravit usque ad mortem. Ergo non semper martyrio debetur aureola.

8. **P**ræterea. Quidam magis affliguntur in amissione temporalium rerum quam etiam in proprii cor-

poris afflictione; quod patet ex hoc quod multas afflictiones sustinent ad lucra acquirenda. Si ergo eis propter Christum temporalia bona diripiantur, videtur quod sint martyres; nec tamen eis, ut videtur, debetur aureola. Ergo idem quod prius.

(1) Al. deest Ergo.

**S**OLUTIO. I. Respondetur ad quæstionem, quod ubi est præcellens ratio victoriae, ibi debetur aliqua specialis corona: unde cum per virginitatem aliquis singularem quandam victoriam obtineat de carne, contra quam conquirit bellum geritur, ut patet Gal. vi. 17. *Spiritus concupiscit adversus carnem*: virginitati (2) specialis corona debetur, quæ aureola nominatur: & hoc quidem communiter ab omnibus tenetur; sed cui virginitati debetur aureola, non omnes dicunt. Quidam enim dicunt, aureolam actui deberi: unde illa quæ acta virginitatem servat, aureolam habebit, si sit de numero salvandorum. Sed hoc non videtur esse conveniens, quia secundum hoc illa quæ habent voluntatem nubendi, & tamen antequam nupserint decedunt, habebunt aureolam. Unde alii dicunt, quod aureola debetur statui, & non actui: ut illæ tantum virgines aureolam mereantur, quæ in statu virginitatis perpetuè servandæ per votum se posuerunt. Sed hoc etiam non videtur conveniens: quia aliquis ex pari voluntate potest servare virginitatem non vovens, sicut alius vovens. Et ideo aliter potest dici, quod meritum omne actui virtutis debetur à charitate, imperato. Virginitas autem secundum hoc ad genus virtutis pertinet, secundum quod perpetua incorruptio mentis, & corporis sub electione cadit, ut patet ex his quæ dicta sunt xxxi. dist. & ideo illis tantum virginibus aureola proprie debetur quæ propositum habuerunt virginitatem perpetuo conservandi, si hoc propositum voto (3) firmaverint, sive non: & hoc dico secundum quod aureola proprie accipiuntur primum quoddam merito redditum, quamvis hoc propositum aliquando fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo in fine vite inveniantur: quia virginitas mentis reparari potest, quamvis non virginitas carnis, ut supra dist. xxxi. dist. dictum est. Si autem aureolam large accipiamus pro quocumque gaudio, quod in patria habebunt super gaudium essentielle; sic etiam incorruptis carne aureola respondebit, etiam si propositum non habuerint perpetuo virginitatem servandi: non enim est dubium quod de incorruptione corporis gaudebunt, sicut & innocentes de hoc quod immunes à peccato fuerunt, quamvis etiam peccandi oportunitatem non habuerint, ut patet in pueris baptizatis. Sed hæc non est propria acceptio aureolæ, sed valde communis.

Ad primam ergo dicendum, quod in continendo secundum aliquid majorem pugnam sustinent virgines; & secundum aliquid viduæ, cæteris paribus. Virginibus enim concupiscentiam inflamat & experiendi desiderium, quod ex quadam quasi curiositate procedit; quæ etiam fit ut homo libentius videat quæ nunquam vidit, & etiam quandoque eis concupiscentiam auget æstimatio majoris delectationis quam sit secundum veritatem, & inconsideratio eorum incommodorum quæ delectationis hujusmodi adiunguntur: & quantum ad hoc viduæ minorem sustinent pugnam, majorem autem propter delectationis memoriam: & in diversis unum alteri præjudicabit secundum diversas hominis dispositiones: quia quidam magis moventur hoc, quidam illo. Quidquid autem sit de quantitate pugnae, tamen hoc certum est quod perfectior est victoria virginum quam viduarum. Perfectissimum enim genus victoriae est & pul-

(2) Al. spiritualis. (3) Al. servaverunt.

cherrimum, hosti numquam cesisse. Corona autem non debetur pugnae, sed victoria de pugna.

Ad secundum dicendum, quod duplex est circa hoc opinio. Quidam enim dicunt, quod beata Virgo pro virginitatis premio non habet aureolam, sicut aureola proprie accipitur secundum quod respicit pugnam; tamen habet aliquid majus aureola propter perfectissimum propositum virginitatis servandae. Alii vero dicunt, quod aureolam etiam sub propria ratione aureolae habet excellentissimam: quamvis enim pugnam non senserit, pugnam tamen aliquam carnis habuit; sed ex vehementia virtutis adeo habuit carnem subditam, quod huiusmodi pugna ei insensibilis erat. Sed istud non videtur convenienter dici, quia cum beata Virgo credatur omnino fuisse immunis a fomitis inclinatione propter ejus sanctificationem perfectam, non est primum ponere aliquam pugnam carnem fuisse in ea; cum talis pugna non sit nisi ex fomitis inclinatione, nec tentatio, quae est a carne sine peccato esse possit, ut patet per Glosam II. Corinth. xii. super illud, Datus est mihi stimulus carnis, ut non in hoc membris aliis Ecclesiae conformetur in quibus virginitas invenitur; & quamvis non habuerit pugnam per tentationem quae est a carne, habuit tamen pugnam per tentationem ab hoste, qui nec etiam ipsum Christum reveritus est, ut patet Matth. xv. v. 11.

Ad tertium dicendum, quod virginitati non debetur aureola, nisi in quantum addit quamdam excellentiam super alios continentiae gradus. Si autem Adam non peccasset, virginitas nullam perfectionem addidisset supra continentiam conjugalem: quia fuissent tunc nuptiae honorabiles, & totus immaculatus, nulla concupiscentia fecunditate existente; unde virginitas tunc servata non fuisset, nec etiam aureola deberetur. Sed mutata humanae naturae conditione, virginitas specialem decorem habet; & ideo speciale premium ei redditur. Etiam tempore legis Moysi, quando cultus Dei etiam per carnalem actum propagandus erat, non erat omnino laudabile a commixtione carnis abstinere: unde nec tali proposito speciale premium redderetur, nisi ex divino processisset instinctu, ut creditur de Hieremia, & de Elia, quorum conjugia non leguntur.

Ad quartum dicendum, quod si aliqua per violentiam oppressa fuerit, non amittit propter hoc aureolam, dummodo propositum perpetuo virginitatem servandi inviolabiliter servet: si illi actui nullo modo est consentiens. Non tamen per hoc virginitatem perdit, ut supra dist. xxxi. dictum est: & hoc dico sive pro fide, sive pro quacumque alia causa violenti corruptatur. Sed si hoc pro fide sustineat, hoc erit ei meritum, & ad genus martyrii pertinebit: unde Lucia dixit: Si me in vicem violari feceris, mihi castitas duplicabitur ad coronam: non quod habeat duas virginitatis aureolas, sed quia duplex premium reportabit, unum pro virginitate custodita, aliud pro injuria quam passa est. Dico etiam quod si talis violenti oppressa concipiat, nec ex hoc meritum virginitatis perdit: nec tamen matri Christi aequabitur, in qua tuit cum integritate mentis integritas carnis.

Ad quintum dicendum, quod virginitas nobis a natura innascitur quantum ad id quod in virginitate materiale est; sed propositum perpetuae incorruptionis secundae, ex quo virginitas meritum habet, non est innatum, sed ex munere gratiae proveniens.

(1) Al. si esse possent.

Ad sextum dicendum, quod non cullibet viduae fructus sexagenarius debetur, sed ei solum quae propositum viduitatis servandae retinet, quamvis etiam votum non emittat, sicut & de virginitate dictum est.

Ad septimum dicendum, quod si virginitas & continentia voluntatem habeant incorruptionem perpetuam servare, etiam si facultas adesset coeundi, virgines sunt dicendi, & aureolam merentur, & faciunt equum de necessitate virtutem. Si vero voluntatem habeant duendum conjugem, si possent, aureolam non merentur. Unde dicit Augustinus in Lib. de sancta virginitate, cap. xxxviii. Quibus ipsa carnis membra debilitantur, ut generationem possint, ut sum. cuncti, & suscipit, cum Christiani sunt, & Dei precepta cum odium, eo tamen proposito sunt, ut conjugem, si possent, haberent, conjugatis fidelibus ad aquam in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti baptizantur, & in nomine Domini in nomine Domini.

SOLUTIO.

Ad secundam questionem dicendum, quod sicut inest quaedam pugna spiritui contra interiores concupiscentias, ita etiam inest homini quaedam pugna contra passiones exteriores illatas: unde sicut perfectissima victoria qua de concupiscentiis carnis triumphatur, scilicet virginitati, debetur specialis corona, quae aureola dicitur; ita etiam perfectissima victoria qua habetur de impugnatione exteriori, debetur aureola. Perfectissima autem victoria de exterioribus passionibus consideratur ex duobus. Primo ex magnitudine passionis. Inter omnes autem passiones illatas exteriori precipuum locum mors tenet, sicut & in passionibus interioribus precipua sunt concupiscentia & concupiscentiae, & ideo quando aliquis obinet victoriam de morte, & ordinatur ad mortem, perfectissime vincit. Secundo perfectio victoriae consideratur ex causa pugnae, quando scilicet pro honestissima causa pugnatur, quae scilicet est ipse Christus. Et haec duo in martyrio considerantur, quod est mors suscepta propter Christum. Martyrium enim non facit poena, sed causa. Et ideo martyrio aureola debetur, sicut & virginitati.

Ad primum ergo dicendum, quod sustinere mortem propter Christum, quantum est de se, est opus supererogationis: non enim quilibet tenetur fidem suam, coram persecutore profiteri, sed in casu esse de necessitate salutis, quando scilicet aliquis a persecutore deprehensus de fide sua requiritur, quam confiteri tenetur. Nec tamen sequitur quod aureolam non meretur. Aureola enim non debetur operi supererogationis, in quantum est supererogatio, sed in quantum perfectionem quamdam habet: unde tali perfectione manente, etiam si non sit supererogatio, aliquis aureolam meretur.

Ad secundum dicendum, quod martyrio non debetur aliquod premium secundum hoc quod ab exteriori infligitur, sed secundum hoc quod voluntarie susinetur: quia non meretur nisi per ea quae sunt in nobis: & quanto id quod quis sustinet voluntarie, est difficilius, & magis natum voluntarie repugnare, tanto voluntas quae propter Christum illud sustinet, ostenditur firmiter fixa in Christo: & ideo excellentius ei premium debetur.

Ad tertium dicendum, quod quidam actus sunt qui in ipso actu habent quamdam vehementiam delectationis, vel difficultatis; & in talibus actus semper addit ad rationem meriti, vel demeriti, secundum quod

In IV. Sent. Tom. V.

in actu oportet voluntatem variari ex vehementia actus a statu in quo prius erat: & ideo ceteris paribus actu luxuriam exercens plus peccat quam qui solum in actum consentit, quia in ipso actu voluntas augeatur. Similiter cum actus martyrii maximam difficultatem habeat, voluntas martyrii non pertingit ad illud merium quod actui martyrium debetur ratione difficultatis; quamvis possit etiam pervenire ad ulterius premium, considerata radice merendi: quia aliquis ex majori charitate potest velle sustinere martyrium, quam alius sustineat. Unde voluntarie martyr potest mereri sua voluntate premium essenziale aequale, vel majus eo quod martyri debetur. Sed aureola debetur difficultati quae est ipsa pugna martyrii: unde aureola voluntarie tantum Martyribus non debetur.

Ad quartum dicendum, quod sicut delectationes tactus, circa quas est temperantia, precipuum locum tenent inter omnes delectationes interiores, & exteriores; ita dolores tactus omnibus aliis doloribus praeminent: & ideo difficultati illi quae accidit in sustinendo dolores tactus, puta qui sunt in verberibus, & huiusmodi, debetur aureola magis, quam difficultati susinendi interiores dolores; pro quibus tamen aliquis non proprie dicitur Martyr, nisi secundum quamdam similitudinem; & hoc modo Hieronymus loquitur.

Ad quintum dicendum, quod afflictio poenitentiae non est proprie loquendo martyrium, quia non consistit in his quae ad mortem inferendam ordinantur, cum ordinetur solum ad carnem demandam; quam mensuram si excesserit, erit afflictio culpanda. Dicitur ergo propter similitudinem afflictionis martyrium: quae quidem afflictio excedit martyrii afflictionem diurnitate, sed excedit intentione.

Ad sextum dicendum, quod secundum Augustinum in I. de Civ. Dei, cap. xxvi. nulli licitum est sibi manus injicere quacumque ex causa, nisi forte divino instinctu fiat ad exemplum fortitudinis extendendum, ut mors contemnatur. Illi autem de quibus est objectum, divino instinctu mortem sibi intulisse creduntur; & propter hoc eorum martyria Ecclesia celebrat.

Ad septimum dicendum, quod si aliquis propter fidem vulnus mortale accipiat, & supervivat, non est dubium quod aureolam meretur, sicut de beata Caecilia patet, quae triduo supervixit, & de multis Martyribus qui in carcere sunt defuncti. Sed etiam si vulnus non mortale accipiat, & tamen exinde mortem incurrat, creditur aureolam promereri, quamvis quidam dicant, quod aureolam non meretur, si ex incuria, vel negligentia propria mortem incurrat: non enim ista negligentia eum ad mortem perduxisset, nisi presupposito vulnere quod pro fide acceptum est; & ita valens propter Christum susceptum est ei plena occasio mortis. Unde propter hoc aureolam non videtur amittere, nisi sit talis negligentia quae culpam mortalem inducat, quae ei & auream auferat, & aureolam. Si vero ex vulnere mortali suscepto non moriatur aliquo casu contingente, vel etiam vulnera non mortalia susceperit, & adhuc carcerem sustinens moriatur, adhuc aureolam meretur: unde & quorundam Sanctorum martyria in Ecclesia celebrantur qui in carcere mortui sunt aliquibus verberibus longe ante susceptis, sicut patet de Marcello Papa. Qualitercumque igitur afflictio propter Christum illata usque ad mortem consequatur (sive mors inde sequatur, sive non) aliquis martyr efficitur, & aureolam meretur. Si vero non continetur usque ad mor-

tem, non propter hoc aliquis dicitur martyr; sicut patet de Silvestro, de quo non solemnizatur Ecclesia, sicut de martyre, quia in pace vitam finivit, quamvis prius aliquas passiones sustinere.

Ad octavum dicendum, quod sicut temperantia non est circa delectationes in pecuniis, vel in honoribus, & huiusmodi, sed solum in delectationibus tactus quasi precipuis; ita etiam fortitudo est circa pericula mortis, sicut circa precipua, ut dicitur in III. Ethic. cap. x. vel xiv. & ideo soli injurie quae infliguntur circa corpus proprium, ex qua patet est mors sequi, debetur aureola. Sive igitur aliquis propter Christum res temporales, sive famam, vel quidquid huiusmodi amittat, non efficitur propter hoc proprie martyr, nec meretur aureolam; nec plus aliquis potest ordinare res exteriores diligere quam proprium corpus; amor autem inordinatus non coadiuvat ad meritum aureolae; nec etiam potest dolor de amissione retineri coequari dolori de corporis occisione, & aliis huiusmodi.

Ad nonum dicendum, quod causa sufficientis ad martyrium non solum est confessio fidei, sed quaecumque alia virtus, non politica, sed moralis, quae finem habeat Christum. Quilibet enim actus virtutis aliquis testis Christi efficitur, in quantum operatur quae in nobis Christus perficit, testimonium bonitatis eius sunt: unde aliqua virgines sunt occise pro virginitate, quam servare volebant, sicut beata Agnes, & quaedam aliae, quarum martyria in Ecclesia celebrantur.

Ad decimum dicendum, quod veritas fidei non est proprie loquendo martyrium, sed est causa sufficientis ad martyrium ratione materiae; sed solum ratione finis, utpote si aliquis prius velle occidit, quae virtus est cumque mendacium dicendo contra ipsum peccat, & ad undecimum dicendum, quod etiam bonum in creatum excedit omne bonum creatum, & quodcumque bonum commune, sive sit bonum commune, sive sit bonum privatum. Unde propter hoc bonitas bonitatem praestare quantum finis increatus, cum scilicet aliquid propter Deum agitur, & ideo omnino propter bonum commune non relatum ad Christum mortem susinet, aureolam non meretur, sed hoc referatur ad Christum, aureolam meretur, & martyr fert, utpote si Republicam defendat, & huiusmodi impugnatione, qui fidem Christi contra persecutores defendit, & in tali defensione mortem susinens.

Ad duodecimum dicendum, quod quidam dicunt, quod in innocentibus occisis pro Christo aliter non videtur acceleratus est usus rationis, sicut de sancto Joanne Baptista, dum adhuc esset in matris utero, & secundum hoc stertent martyres fuerint, & voluntate, & actu, & aureolam habent. Sed alii dicunt, quod fuerint martyres actu tantum, & non voluntate, & quod videtur sentire Bernardus, ubi supra dist. In quibus genera martyrum, ut dictum est: & secundum hoc innocentes sicut non pertingunt ad perfectam rationem martyrii, sed aliquid martyrii habent, & hoc quod passi sunt pro Christo, ita etiam aureolam habent non quidem secundum perfectam rationem, sed secundum aliquam participationem, in quantum scilicet gaudent se in obsequium Christi occisos esse, ut dictum est de pueris baptizatis, quod habent aureolam, quod gaudium de innocentia, & carnis integritate.

Ad decimum dicendum, quod veritas fidei non est proprie loquendo martyrium, sed est causa sufficientis ad martyrium ratione materiae; sed solum ratione finis, utpote si aliquis prius velle occidit, quae virtus est cumque mendacium dicendo contra ipsum peccat, & ad undecimum dicendum, quod etiam bonum in creatum excedit omne bonum creatum, & quodcumque bonum commune, sive sit bonum commune, sive sit bonum privatum. Unde propter hoc bonitas bonitatem praestare quantum finis increatus, cum scilicet aliquid propter Deum agitur, & ideo omnino propter bonum commune non relatum ad Christum mortem susinet, aureolam non meretur, sed hoc referatur ad Christum, aureolam meretur, & martyr fert, utpote si Republicam defendat, & huiusmodi impugnatione, qui fidem Christi contra persecutores defendit, & in tali defensione mortem susinens.

In IV. Sent. Tom. V.